

*Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos*

173

## ACTA OFFICIORUM

---

### PONTIFICIA COMMISSIO

#### AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

##### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

##### I -- DE IURE FUNERANDI

D. An sub verbis canonis 1233 § 1 : *clerici ... ipsi ecclesiae addicti*, veniant etiam ecclesiae cathedralis vel collegialis capitulares, qua tales.

R. Negative.

##### II -- DE SEPARATIONE CONIUGUM

D. An causae separationis coniugum recensendae sint inter causas nunquam transeuntes in rem iudicatam, de quibus in canonibus 1903 et 1989.

R. Affirmative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 8 Aprilis, anno 1941.

M. Card. MASSIMI, *Praeses*.

L. ☩ S.

I. Bruno, *Secretarius*.